



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Christvs Cvm Martha & Magdalena. Pvncta Meditationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

MEDITATIONES. 175.

Verum saluator, quia non dominandi, sed ministrandi causa in mundum venerat, aufugit ab eis, præbens, scilicet, exemplum tibi fugiendorum honorum, dignitatumque mundanarum

CONSIDERA, Dominum non solum non consensisse, ut esset Rex, sed ne loqui quidem voluisse cum ijs, qui eum coronare tentabant.

DOCUMENTA.

1. Si tanta est vis bonorum operum, ut homines existimēt aliquem dignum regno propter illa: quanto magis à Deo in cælo speranda est regia corona ob bona opera cum amore facta

2. Quod Christus respuit coronam, tui docendi causa facit, ut discas in hac vita esse pugnandum, in altera verò victorem coronandum.

3. Verum Christi discipulum decet, nec in magnis, nec in parvis rebus accommodare se mundo.

CHRISTVS CVM MARTHA
& Magdalena.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo IESVS venerit
in domum Marthæ, quantaque-
H 4 de-

deuotione ab ea sit receptus. Et quomodo Maria Magdalena omni cura præparandi omnia reiecta in Martham, confederat ad pedes IESV ad audienda sacra eius de qua.

PERPENDE, quomodo Martha, relicta sola à sore, non irascatur contra illam, nec curam parandi omnia deserat, sed tantum per Dominum implorat auxilium.

CONSIDERA, quàm suauiter CRISTVS reprehenderit Martham, quod plura quàm opus esset, præpararet, & Martham laudarit, ob desiderium audiendi diuini verbi.

DOCUMENTA.

1. In communionis sanctæ cum deuotione à te primò suscipiendus est CRISTVS, deinde humili attentione audiendus.
2. Qui in laboribus indignatur, clarat se non laborare propter Deum.
3. Disce à Christo, non ideo, quia te officiosus est quispiam, tibi ab eius correctione, quando erras, esse cessandum.

CHRISTVS EX AVDIUIT
Cananaam.

PVNCTA MEDITATIONIS

CONSIDERA, quomodo Cananaam præcatala sit IESVM, pro filia à demonibus.